



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo Sancti Dionysii Martyris.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-56262)

IN FESTO
SANCTI DIONYSII
MARTYRIS.

Partitio.

1. De supra summi Dei dignitate regeneratione.
2. Deletorum in hac vita afflictione, & impiorum lata fortuna.
3. De Areopagita conuersione mirabili.
4. Decius perfecta in omnibus scientia.
5. De Predicatorum condigio munere.
6. De Areopagite aliis dignitatibus.
7. De eius morte & martyrio fortiter passo.

Hi sunt qui venerunt de tribulacione magna, & lauerunt slosas suas in sanguine Agni, &c. Apoc. 7.

FIGVR A.

Mach. 8. TRAGICA haud dubie historia est, Auditores, quam secundus Macchabœoru liber nobis commemorat, qua iniquam genetosi senis Eleazari & condemnationem & mortem prosequitur. Lachrymis quippe & pia commiseratione dignum est spectaculum videre virum honestate vita conspicuum, non agenso ætatis anno, in ultimo laudabilis senectæ puncto, pro diuinæ legis cetermoniarumque sacrarum defensione, in Antiochi Regis persecutione & tyrannie, in Iudea ad necem postulari, & post sexcentas tortorum exagationes & molestias magna sae barbarie, ad extremum tandem supplcum raprati. Verum non minus triste ac lugubre spectaculum est, ac non minori admiratione ac lachrymis dignum, immane & crudele magni Dionysii martyrium ac passio. Et est sane ferialis & commiseratione dignares, audire tam sanctum pium, ac doctum virum, iam nonagenarium, Dei legem & Evangelium annuntiantem, ad magnum Gentilium probrum, in Gallia nostra, iniquæ morti ab impio eiusdem Praefide Fescennio adiudicari, & post mille cruciatus, penas & iniurias capite truncari, & vita simul spoliari.

Hæc scilicet honorabilis est doctri illius Areopagitæ, sancti ac primi Lutetiae Episcopi, illustris Galliae nostræ Apostoli, denique generosi illius martyris, & authentici fidei Iesu Christi, Ecclesiaeque ipsius mysteriorum testis mors. Ut vero tam præclaram hodie materiam, prout ipsa exigit, pertractemus & vitam & mortem, ac tætera tanti tamque illustris virti merita pro dignitate commemorremus; cœlitus consilium aduocandum, & Spiritus sancti lux & directio imploranda. Aderit in hoc nobis Deipara, modo ante eam communis omnes vocis cum Angelo salutemus, dicentes:

AVE MARIA.

Quibus caput sine cerebro, cor sine sensu, anima sine fide, mens sine lumine, vita denique directionis omnis ita est expers, ut maxime deo exagna cum impudentia corlo refragari, diuina postulatio consilia reprehendere, & Altissimi prouidentiam, quæ ipsorum perficitas frons est, suggestare non sint veriti, huc omnes nequitiae venerunt, ut deo palam expostularint, permittente intimos suos, virosq; iustos hac in vita aduersorum procella exagitari, impios vero ac scelestos prosperis circumfluentes, in quo & odiseamantes sui, & amare se perosos videtur: quod sane & deo indecens; & rationi dissentaneum, & naturæ aduersarium esse, & omni repugnare aequitati videtur.

Hæc in atheismum aliquatenus vergens expostulatio, cum nimis rursum de Dei diffidat sufficientia, cuiusque regendi gubernandi que rationem carpat, alterius mihi prope similis reficit memoriam, qua olim apud Davidem regens, cuius copias ducebat, quiratabundus Ioab expostulauit. Hic enim Absalom fuso profligatoque, cum inaudisset, quanto casum hunc & cladem gemitu pater prosequeretur, confessim relictis castris in regiam properat, & his regem velut expostulans verbis est allocutus: *Diligis odient te, & odio habes diligentes te, & offendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & deseruus tuis.* Inimici Dei, & temerarii & insolentes diuinorum arcanorum censores, impiorum in hac vita prospexitatem,

I.
Hominum
de Deo ex-
gna cum impudentia corlo refragari, diuina postulatio
consilia reprehendere, & Altissimi prouiden-
tiam, quæ ipsorum perficitas frons est, sug-
gestare non sint veriti, huc omnes nequitiae
venerunt, ut deo palam expostularint,
permittente intimos suos, virosq; iustos hac
in vita aduersorum procella exagitari,
impios vero ac scelestos prosperis circum-
fluentes, in quo & odiseamantes sui, & amare se
perosos videtur: quod sane & deo indecens;
& rationi dissentaneum, & naturæ aduersarium
esse, & omni repugnare aequitati videtur.

2. Reg. 19.

ritatem, & aduersam iustorum è contra sor-
tem secum murmurando examinatæ, iissem
virulentia æ armis instructi in aciem prodeunt,
& Regem Regum eadem expostulatione ad-
doruntur. Summe Deus, qui vniuersi totius
habenæ moderaris, omniaque æquitatis in
bilance contines Domine: *Quis simili tibi?*
quis vñquam eo, quatuor tuos, modo princeps
subditos direxit? quis monarcha aut rex ita
regnum gubernavit, vt tu mundum? quid?
diligis & completeris celestos, qui te ode-
runt, iustos vero è contra & pios, qui que ex
toto te corde diligunt, affligis & odisti? in
quo ad oculum declaras, te cuncta negligere
ac parui-ducere, & paru esse de iis, qui tuus
tuentur honorem, & fidum tibi deferunt ob-
sequium sollicitum.

Ex discretionis & impudentiæ huius fun-
damento factum est, vt parum religiose ac
nimium curiosæ mentes ad summum deue-
nerint nequitæ gradum, & eo fatuatis, sibi
vt persuaderent, Deum in mundi directione
stolidæ ac temere procedere, quod bonos pi-
osque ab impiis finat affligi. Quin & in gra-
mores impingentes errores, & in blasphemiarum
tandem abyssum prolabentes, Deum
negligere ea, quæ in terris agebantur, illi nec
aures, nec oculos esse, delicta omnia impune
habere, & crimina nullam post hanc vitam
pœnam mereri, nec in ea à Deo inquire cre-
dideré. Impietatem hanc mite exaggerat
Psalmita, & ab his incipit exclamationibus:
*Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccato-
res gloriabuntur, effatuntur, & loquentur ini-
quitatem? quid hoc sibi vult sancte Propheta?*
Ie ipse explicat: *Populum tuum humiliauerunt,*
*& hereditatem tuam vexauerunt, viduam & ad-
uenam interfecerunt, & pupilos occiderunt, & di-
ixerunt: Non videbit Dominus, noi intelliget Deus
Iacob.* Vnde efficiere volebant, Deum & ca-
cuteire & ignorare, quæ in mundo perageren-
tur, cuiusque prouidentiam de rebus terrenis
ne hilum laborare.

In hanc voraginem passim sine vlo discri-
mine Gentiles & idolorum cultores præci-
pitabant, dequé Deo vero cum sermo inci-
disset, hac illum macula probose consperge-
bant, dum sollicet fidos eius clientes, & ab
illius obsequio nulla aduersitate dimouerit

nescios, in hoc mundo cernerent affligi, ve-
xati, ac calamitatibus opprimi. Et re ipsa
magnus ille populi Israëlitici legislator Mo-
ses, cum Deum in populum suum concita-
tum, & vltionem de iniquitate commissa su-
mæ mediantem cerneret, ne qua forte
hinc infidelibus temere calumnandi maie-
statisque eius culpanda daretur anfa, haec
ex intimo animi affectu ad eum orationem
fudit: *Ne quo dicant Ægyptii, callide eduxit Exod. 14.
Eos, vi interficeret in montibus, & deleret de-
terra: quasi dicceret: Noxam hanc vnam po-
pulo tuo dimitte, Domine, vindictæ enem
intra vaginam conde, iracundiaæ astum ex-
stingue, obsecro, ne forte secus ac par est, de-
te tentiant Ægyptii, & idolorum cultores, ac
genites vicini in maiestatis tuaæ benignita-
tem blasphemæ & iniuriæ, dicere occipi-
ant, es te rigidum ac durum, qui te seque-
ces ac famulos rigide habeas, ac qui te ode-
runt, amice ac benebole; magna tibi im-
pudentia exprobrent, astute quodam ac va-
fie Ægypto nos eduxisse, vt deinde in mon-
tium præruptis deserto que in uiuo enecares, ac
de facie terra cunctos deleres. Nōrat quippe
Moles, gentiles summi Dei sapientiam sem-
per fugillare, ac de illis circa infima rerum
mundanaque gubernandi ratione, data ope-
ra, sinistre nunquam non loqui ac sentire: &
deinde, impiorum pacem tranquillitatem
que in omnibus, & piorum vice versa op-
pressionem erumpasque quotidianas compi-
cati, in hoc regendi modo nullam illius aut
sapientiam aut prudentiam clucere, temere
sibi persuadebant.*

Atque hinc sui Manichæos veteres illos Manichæo-
hæreticos erroris occasionem hauisse fit
verosimile, cum qui illorum stupor fuit, du-
os in mundo commentis fuit Deos, quorum
maximum in regendi ratione esset discretio-
men, diuersus gubernandi modus, & discre-
pans indoles: vnum quidem summe & in-
finite esset bonus, à quo invisibilia cuncta de-
pendent; alter autem nequam per omnia
ac pessimus, qui visibilibus hisce dominare-
tur. Quæ sane nimis quam impudens fuit
blasphemia, & error intolerabilis, vt pote qui
diuinitatè ipsam tangat, in supremi Numinis
iura

iura iuuoleret, ac merum in orbem atheismum inuocat.

Mim. Quid autem? Arcana & inscrutabilis hæc res inferiores regendi ratio, sapientissima nūtrīmū hilominus ac prudentissima, vt in diuersitate operum sua plane est admirabilis, sic in vītu ac praxi sua difficultate non caret. Et sene etiam sanctissimos quosque res hæc in stuporem vīta estrapuisse, vt quid super eadem respondeat, ignorent. Ipse Psalmographus in primis, qui mentis suæ in hoc ipso anxietatem, inscritionem, ac turbationem confessus, sic ait: *Mei assentem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, vt retulicto mudi in partes concederem, Deus meus: quia zelasti super iniquos, pacem peccatorum videns, in labore hominum non sunt, & cum hominibus in hac vita vt reliqui Sancti & amici tui non flagellabuntur, ideo facti sunt insolentes, & tenuit eos superbìa.* Dicere vult, mea sententia, difficillime in animum induci à quopiam posse, mundum ac mundana sapienter dirigi & administrari, cum quæ bonos inter & malos in hoc mundo peragantur videt, illis semper aduersa, his secunda in procelloso hoc vitæ pelago avertentibus.

Iacob. 13. Post sanctum magnamque hunc regem, Ieremias Propheta rem hanc tantopere obstupescit, vt Deum quodammodo ad concertationem prouocet interrogaturus, sicque eum perconetur: *Iustus es Domine si disputerem tecum; verum tamen iusta loquar ad te. Quare vita impiorum prosperatur? bene est omnibus qui prævaricantur, & inique agunt?* scelitus scilicet omnia ad votum fluunt, & iustis securis acent cuncta eueniunt.

Abr. 1. Idipsum examinans & Abacuc Propheta eandem sibi quæstionem proponit, quam soluere necius, ad Deum etiam se conuerit, & interrogatum' politicum (vt pote ad despoticam mundi regendi rationem, ac rerum humanarum directionem spectans) proponit. *Quare tales, inquit, impio conciliente inferorum se?* Perinde ac si diceat: Cum tu Domine omnia inferiora administres & rerum terrenarum moderamina manu teneas, cur & quo permittis modo, vt ab impiis iusti diuidentur & opprimantur? quod & summa iniustitiam ac violeniam tyrannidem

Besset tom. 3. de Sanctis.

spirat? Anno iusta vobis hæc querela videatur, Auditores, & quæstiones hæc in ratione fundatae?

Haud diffiteor equidem; res ita se habet: *Dei gubernandi ratio* ipso Deo sapientiam, & singularem eius ergasios dilectionem eluescere; idque obrationes sane peregrietas. Primasit; omnes aduersitatuum a tribulationum sagittæ, quas ex potentia sua pharætra Deus ter maximus depromit; in seruorum suorum caput Rationes eiacularurus, non nisi meræ probations & cursuos in examina sunt, quo hac eos ratione perficiat, mundo afer & gloriæ capessendæ idoneos reddat. *Tecum fligi Deus* stem huius sententiae habeo magnum illum sinat.

Apostolum Iacobum, qui sua in Catholica sic fideles alloquitur, *Beatus vir, qui suffert tentationem, & examen hoc geacrose tolerat, quoniam cum satis sufficienterque probatus fuerit, accipiet coronam vita*, & honorem inde consequetur. Idipsum sentit & sapientissimus Salomon; *Deus tentauit eos ad lapidem Lydiūm tribulationum, & inuenit illos dignos se gloriæque suæ capaces.* An non hæc insignia amoris & admirabilis sapientiae sunt argumenta?

Secunda: pœnæ & afflictiones hæc in vita ingruentes non nisi malleationes quedam & adaptationes sunt Martyrum & aliorum iustorum, quibus ceu malleo lapides concinnantur & adaptantur, vt in coelestis ciuitatis fabricam cooptentur iam adaptati ac politi: eos namque in hoc mundo tuadi, cudi & concidi oportet persecutionibus, vt in ecclesiæ Dei templum pro meritorum ratione & ordine quisque suo cooptentur. Tribulatum quippe mallei in celo non exaudiuntur, sed in terra malleationes & tunsiōnes peraguntur, vt iisdem Sancti & prædestinati ad gloriam hic poliantur: vnde canit Ecclesia: *Tensionibus, pressuris expoliti lapides, suis coaptantibus locis per manus artifices.*

In huius rei figuram legimus, in templi Salomonici constructione, in qua tamen octoginta & amplius operariorum millia, astricena operis praefectorum millia quotidie operabantur, nullum ferri, limæ, mallei solutum roto illo tempore exauditum, sed, prout laxa alibi parata & concinnata, Hierosolymam

Iacob. v.

Sap. 1.

Hym. in das dic. Eccl.

polyam adferabant, ita eadem à p̄fectis
fabrorum suis quæque locis collata fuisse.
Tribulatio Qui veras rei huius curiosius indagant cau-
nes sunt hu- fas, tradunt omnes fabricæ huius lapides in
ius mundi; monte Libano aptatos fuisse ac paratos, &
& consola- Hierosolymam dein allatos illico in opus co-
tiones alte- operatos. Mysticum hoc signum est, in
rius. mundi huius monte ac rupibus animas san-
ctorum parari, & afflitionum malleos pa-

etorum parati, & amicorum manus parti, ut deinde celo illatae in egregiam fabri-
cam inferantur. Hic in terra tunduntur, &
in celo in opus assumuntur: tribulationes e-
num huius sunt mundi, & alterius consola-
tiones.

Regnū cœ-
lorum tribu-
lationibus
cōparatur.
Rom. 8.
Tertia: mundani cæci sunt, & nōni pa-
pando ingrediuntur, nescientes nec agno-
scentes quam sit regnum cœlorum pretio-
sum, quod non nisi tribulationum auro ve-
nale Deus propositus, nec emi alio compara-
riue pretio potest, quod Gentium Apoſtolas
taſti fecit, tamq; ſublime exultit, vt Roma-
nis ſic ſcriberet: Non ſunt condigna paſſiones hu-
iū ſemporis ad futu- am gloriam , quam expe-
ctamus, & que reuelabitur in nobis. Quasi di-
ceret: Non modo quodcuq; bonum ope-
rari; ſed etiam quidquid malorum & aduer-
ſitatum tolerare poſtemus, etiamſi mille &
amplius in vita ageremus annis, non eſt cum
futura quam ſperamus gloria, velut æquipol-
lens comparandum.

Gloriosi Martyres, Dionysius Rusticus, & Eleutherius, rei huius dignitatem, & pretium exactissime perspectum habentes, ipsam ut coemerent, suas vitro cervices obtulerunt, suam enim ergo vitam impenderunt, & insigni eum tolerantia omne tribulationum genus perpessi sunt. Hinc in illorum hodie gratiam sacra canit Ecclesia: *His sunt, qui venerunt de tribulatione magna.* Quae in concionis hodiernae thema verba selegi, qua historiam ac vitam illusterrimi Galliae nostrae Patriarchae, magni, inquam, Dionysii prosecuti decreui: de ilius enim sociis hodie non loquar. Ut vero hoc ipsum vobis consolacionem aliquam adferat isque confusionem vitans rem ordine deducam, bipartitam orationem faciam, primo de admirabili sapientis huius Areopagite conuersione, deinde de Martyrio eiusdem ac suppliciis agam.

Prius itaque, quam vltius æquore vol-
lem, & in cursu hoc pergam longius, perdiffi-
ciliſſim elucidanda difficultas, eaque non exigi-
gui est momentū, quæque multos hactenus
torſit, num ſcilicet magnus ille Dionyſius,
quem maximopere noſtrā fufcipit & colit
Gallia, quod Christianam eodem fidem in-
tulerit, Euangelium Dominicum promul-
garit, idolorum culum euerterit, & mor-
tem generoſe ſubierit, num inquam is ipſe fit
quem Græcia olim progenuit, Athenæ mira-
ta ſunt, vt magnum iudicem Areopagus fu-
ſpexit. Verbo vt explicem, num qui hoc in Num S. Di-
regno Christo natuſt, idem fit cum eo, onylius E-
quem Græcia naſcentē vidit: num quem pifcopus
Lutetia vt Antiftitum fuorum principem ac Patriſiſis
caput habet, coincidat cum eo, quem vt pri-
marium olim iudicem, ac poſt conuerſio- Areopagita.
nem primum Epifcopum Athenæ ſunt ve-
nerata.

Scio, iam ante annos septingentos quæ
stionem hanc mire ventilatam, & interdo-
ctos agitatam, ac litem penitus tandem di-
remptram; sunt tamen nonnulli, qui cam-
arinam hanc denuo mouentes, & vetus illud
pronuntiatum falsitatis coarguentes, simul
& vnaminem tot tantorumque auctorum
sententiam fugillantes, rursus candem in du-
bium reuocant. Tædiosum nimis forer ac
tetricum, omnem hanc controvèrsham à capite ad calcem huc rursus accersere; quocirca
summariam eam tangam, ac paucis per-
stringam, vi siuis veritati sit locus, & ita ali-
quod piis adferam solatum. Ab Hincmari,
Archiepiscopi Rhenensis, scriptoris suo tem-
pore satis illustris, & permagni apud doctos
omnes nominis, testimonio exordium du-
cam.

Hic ergo ad Carolum Caluum Imperatorem sic scribit, Patrem vestrum Dionysium esse Areopagitam à beato Paulo Apostolo baptizatum, & Athienensem ordinarium Episcopum, & in Gallias a beato Clemente directum, ex his qua Gracia testificatio, & sacra Romana sedis attestatio, & Galliarum intima contestatio, ratus in hac causa (quod longe ante nos dictum est) recognoscant.

Im-
Mi-
di-
cetis le-
go ad
gum
diz.

Bilai. epif.
ad Ludens. Hildu-
nium. Pium Regem destinata.

Singula hæc Hincmarii verba prægnantia sunt, & consideratione dignissima: loquitur autem in primis de testimonio Græcorum; eo quod longo ante tempore Michael Imperator Orientis publica ac solenni ad Ludouicum Pium Galliæ nostra Regem legatione missa, idipsum declarat, dum simul illi sancti Dionysii Areopagitæ commentaria, iam nuperime reperta mittit, quæ cum Lutetiam ipso magni Martyris peruvigilio venissent, cuiusnam illa auctoris forent, ilustribus id repente miraculis ostendere vi-

Vita S. Dio- Certissimum quoque est, è testimonio A-
ylii cōseri- naftasi Bibliothecarii Romani, sanctum
paper S. Methodium Episcopum Constantinopolis
Methodiū, tanum Romæ sedis legatum & Cardinalem,
Episc. Con- vitam sancti Dionysii Areopagitæ scriptis
stitutio- mandasse: è qua colligimus, ipsum & in
Metaphras- Gallias concessisse, & Parisiensi Ecclesiæ
tæs. &
Dionysii. ut Episcopum præfuisse. Hic ergo cum
summa fide & itylo non vulgari magni hu-
ijs viri vitæ seriem posteritati consignasset,
Romanae illam Ecclesiæ reliquit: quam
cum deinde Anastasius Latinam fecisset, per
Galliam Imperatorem Carolum Calum
destinat. Deinde & Metaphrastes eadem
descripsit gesta, & prope eandem sancti
Dionysii vitam, cum omnia curiose & ex-
actius veterum de illa Patrum testimonia
& antiqua monumenta examinando excus-
sisset. Idipsum fecit & Michael Syncel-
lus, Presbyter Hierosolymitanus, libro
quem de sancti huius Patris laudibus
composuit.

Hæc quidem Græcorum de illo sunt te-
stimonia. Quoad Latinos, primum lo-
cum occuper, ipsum Seraphini Pontificis fa-
ctum: is enim cum in Gallias abiisset Pipi-
num Regem regno inauguraturus in mor-
bum incidit. Verum, cum gloriosi Mar-
Pontifex tyris Dionysii patrocinio, & apud Deum
intercessio- interuentu, in quo omnem suam in mörbo
ac S. Dio- post Deum fiduciam collocabat, sanitatem

pristinam recuperasset; Romam repetens de nyssi sancti eiusdem reliquis aliquid secum ferre statuit. tare resti-
Romam ergo cum venisset, insignem sancti tutus,
huius Martyris cuius & fauorem, & metri-
ta expertus erat, honorem Basilicam con- Templum
strui iubet, præfecitque eidem monachos illi Romæ
Græcos, & sanctissimi huius viri patriæ ædificari
tuunt, Græcorum eam scholam auncupauit: iuber.
quod Stephanus opus cum morte præuen-
tus, perficere non potuisset, successor eius
Paulus absoluit, & annuos prouentus am-
plissimos illi assignauit, additis insuper pri-
uilegiis singularibus.

Cur, obsecro, Pontifices illi templum
hoc Græcis monachis attribuerunt, & Græ-
cæ schola nomen illi imposuerunt? quod
scirent, nempe sanctum Dionysium è Græ-
cia fuisse oriundum, ac decentiæ iure æquis-
simum videri, ut qui eiusdem essent regio-
nis & conciues, honorem & cultum eo illi
loco offerrent, cæterisque in hoc officio ge-
nere nationibus anteponercerentur. In con-
firmationem & nouum argumentum ad-
ferri etiam queat, veterum Missalium, &
Breuiariorum, aliorumque Galliæ nostræ
monumentorum ac antiquitatum testimoni-
um, è quibus eruimus sanctum Dionysium, qui hoc in regno martyrium subiit,
esse eundem, qui Athenis originem duxit.
Sed his omnibus omissis ad præcipuum in-
tentionis ac propositi mei scopum veniarz,
quo vitæ mutationem & conuersionem
magni huius Areopagitæ exponere de-
creueram.

Quemadmodum certissimum & in S. Dionysii
dubitata fide tenendum est; sanctum Dio- à S. Paulo
nysum ab Apostolo Paulo fidei Christia- cōuersus &
næ assertum, in Ecclesia baptizatum, & baptizatus.
primum Atheniensium Episcopum esse con-
stitutum, ita nec admiratione vacat audire,
tantum tamque sapientem virum tam cito fi-
dei manus dedisse, &c. ad nudam externi, in-
cogniti & obscuri hominacionis prædicatio-
nem Christum agnouisse. Quod eo magis
demiremur neccesse est, quo magnatum, ac
Philosophorum præsertim, conuersionem
& difficiorem & rariorem comprimus.

Veriss. libr. 4. Tradunt naturalium rerum scriptores, qui-
taceter. bus & Aristoteles suis in Meteoris accedere
videtur, quod terræ visceribus educitur fer-
rum, apum esse aptari, rundi, malleos pati, &
in incude flecti ac duci; at quod nubibus in-
nasceatur, cœlo descendit; cudi non posse,
contrarium obdurescere, & incidi resistere.
Conuersio tacite docetur, peccatores, eti ferri in mo-
magnorum dum obduratos & insrios flecti, modo hu-
perdifficilis milis & obscuri sunt generis ac loci facile duci
ad tractari, & ad verbi diuini iustus sine ullo
negotio emollescere; at illustres & doctos,
quorum & genus & dignitas diuinum quid
continere videntur, quali cœlo descenderent,
nonnisi difficillime, ægerrime, magnoque
cum labore conuerti.

Planetæ al-
tiores lētius
mouentur. Planetarum minimi, & infimi etiam sunt
celerrimi, majorique mouentur velocitate,
exemplo sit Luna, quæ vnde tringit diebus
vniuersum suum peragit cursum & à Deo
constitutum stadium decurrit: at aliū maiores,
& sublimiori fixi loco, suo sunt in cursu
peragendo lentiores ac tardiores; testis Sa-
turnus, qui ut orbes omnes cœlestes peram-
bulat, quatuor sunt quinque annorum millia
impeditat necesse est.

Rufus hic docemur, humiles & plebeios,
dum vel peccati laqueis irretiti sunt, vel gen-
tilitatis adhuc caligine inuoluti, facili nego-
cio vel peccatis egredi, vel ad rectæ fidei se-
miram redicis; at qui ad summas sunt euæcti
dignitates, & primos in republ. gradus occu-
pant, difficilis sane conuerti, & resipisci-
tæ illorum motum lentiorem esse & longe
maiorem quam priorum difficultatem in-
voluere.

Pastores
primi Re-
demptore
adorauit;
Magi po-
stremi. Exempli loco sit, quod in Euangelio le-
gere est: nato iam mundi Salvatore, eiusque
natuitate nuntiata, primi, qui ad hoc nun-
tiū accurrerunt, & ad solam Angeli vocem
montanis descendarunt, greges deseruerunt,
& positum in præsepio infantem adoratum
venerunt, fuere ouium pastores obscuri &
rure nati: at Magi fuere postremi, & trede-
cim ipsos in itinere suo dies impenderunt,
quia eriam nouum quoddam cœlo fidus ful-
gore oportuit, quo illos in Bethleemitium

stabulum conduceret: adeo prodigii ex-
citi & nonnisi quamdifficillime regia regno-
que egressi sunt, vt ad Deum accederent, e-
iusque filium incarnatum & in Iudæa fini-
bus natum adoraret. Egregium profecto ex-
emplum, quo discamus licet, Principum ac
Primatum conuersiōnē esse semper mini-
morum plebeiorum, obscurorum conuersio-
ne grauiorem ac maiores longe difficultates
continere.

Quæ cum ita sint, qui fieri igitur potuit, S. Dionysius virum apud suos magnum & conuersio
illustrem, vtpote facrorum Areopagitici tri-
plancadu-
bunalis iudicium numero, adeo item do-
mirabilis.
ctum ac sapientem, vt maximis sit temporis
illius in Græcia Philosophis annumeratus,
tam cito fidei manum dedisse, & idolorum
relicta inania Iesu Christi se obsequio mar-
cipasse? Hoc dubio procul sumsam mere-
tur admirationem, credendumque est, viri
adeo incliti & præstantis conuersiōnē cam-
que barbari & Iudæi (hoe namque nomine
omnes exteros nominabant Græci) opera
procurata nonnisi maxime esse admirandam.
Quod ut facilius intelligatur, præsciatis o-
portet, Areopagum, quod Græce vel pro-
motorium vel montem Martis denotat, e-
minentem & acclivem paulatim haud pro-
cul Athenis locum suis ad supremū quadra-
dam concilium, in quo de grauissimis maxi-
meque dubiis controvèrsiis diiudicabatur, &
omne criminum ac flagitorum genus pro-
merito puniebatur. Qui in eo diiudicabant Quinam ef-
ficienes & assessorès, vt suum populo ius ad-
sent Arcopagis
ministrarent, vtpote vniueritæ gentis nobis pagita-
lissimi, sapientissimi, & optimi, & flos, & de-
cuss, & ornamentum reipubl. hoc à loco mu-
tuati nomen, Areopagita dicebantur. Erant
hi porro permagna auctoritatis, virtute il-
lustres, & longo rerum vsu, omnigenium ne-
gotiorum in tractatione versatissimi. Hocce
tribunal nonnisi tertio singulis mensibus pa-
tebat, quarto scilicet & tertio, & pridie Kal-
endas: quibus diebus solummodo causis
disceptandis intendebarunt; quas qui agerent
actores, simplici eas stylo ac ferme propon-
ebant, similiter & rei, ius suum, rei caput &
rationes & argumenta in veramque partem

aude afferentes, sine vlo fuco & verborum aut eloquentiae lenocinio. Si autem interdu caularum patroni sermonem sublimiori gerere dicendi exornarent, lingua nouitates consestantur, aut pigmentatos Rhetorices colores adhiberent, publica præconis voce palam iis silentium indicebat. Nec immerito; ne forte inducto verborum illicio & eloquentiae arte adhibita, in eam quam æquitatis non ferret partē iudices illecti fletterentur. Tum vero ne miserabili forsitan reorum aspectu, pædere, illuui & sordibus, ad commiserationem mouerentur, noctu, si tropagite ne vlo lumine aut facibus, summo cum silentio iudicium exercebant. Vnde & illud natum adagium, *Areopagita taciturn er.*

Tanta autem angustissimi huius Senatus per uniuersum erat orbem auctoritas, vt illorum iudicio sententiaeque etiam grauissimas torius Asiae causas Romani Proconsules subiicerent. Adeo ut è Valerio tradat Agellius, Cn. Dolabellā cum Proconsulē Asiae ageret, illorum tribunal consuluisse, causas per difficultes ad eos deferendo. Quin etiam notat Lucianus, suo tempore consuetudinē obteinuisse, vt nationes exeræ Areopagitarum iudicio suis in controversiis starcent. Hęc pene omnia à Budæo deprompta sunt, qui in librum Pandectarum hęc aliaq; plurima colligit.

Porro, cum lex Christi omnibus aliis & præstantor & excellentior, per mūndū illustriam fieri inciperet & suam in terra paucatim sedem figere, cæteræ omnes obmutuerant, & Areopagus esse desit, teste Theodoro. Lex enim hęc immaculata, quæ corda humana edomare & flectere potest, & animas convertit, legem legibus ceteris impo- fuit, imperium obtinuit, omnes alias sibi subiecit, & obserissimi fidei præcones, ac famuli Iesu Christi maximos Gentilium Magistratus, & supremos Regum & Imperatorum se- natores & consultores entererant.

Adeo vt Apostolus Paulus, ob prædicacionem Athenis factam iussus Areopagitæ se fittere, iis quæ sibi obiiciebantur probris responsurus, interrite confessum illum augustum adierit, & teste D. Luca, *Stans in medio Areopagi*, sic iudices strallocutus, *Vixi Ath-*

nienſes per omnia quaſi ſuperſtiti ſos vos video.
Quæ ſane oratio non minus apud hosce iudices fuit audax & libera, quam viuis ipſorum conuersio admirabilis. Quaenam ratio- ne fieri potuit, vt qui tanti apud omnes paſſim fiebant, & à quibus luas ipſi etiam Romani, legatione milia, leges petierant, bar- bari & externi cuiusdam, Iudæi ſelicet, iara adeo diffici, qualis eſt veri Dei cultus, & ſupremi Numinis adoratio, auſcultare voluerint? Qui inquam fieri potuit, vt quem Iydaum & crucifixum fuſile docebat Paulus, ab iis vt Deus magna omnium patriorū numinum confuſione ac probro crederetur & haberetur; praesertim cum mors, & gra- uiflma quidem decreta eſſet ei, qui Deos pa- ta ei, qui trios aut parui duceret, aut negaret, aut no- diis Ath- eum Areopagitæ inconfutis induceret Reli- nicis adver- gionem, aut alios in rem publ. colendorum faretur: deorum ritus iouheret.

Iosephus litteris prodidit, Anaxagoram Clazomenium, dum Athenienses, quod ſa- lem diuinis afficerent honoribus, & vt nu- men quoddam adorarent, reprehendiffet, docuſiſſetq; nonniſi ignitum æſtuansq; cum fanum eſt, velut patriorum numinum con- temptorem, & omnis diuinitatis irrisorem & blasphemum publica iudicium sententia- morti eſſe adiudicatum.

Idem item iudices, ei qui Diagoram Me- lium, dum Deos patrios rideret, mysteriaq; MELIUS ad mortē po- tolleret, argenteum talentum in mercedem, ſtularus, veluti rei bene gestæ, vt qui tam impium & quod Deos rideret.

Protagoras quoq; niſuga ſibi consuluiſſet, manus ciuium non euafuerit, necem illi mo- lientium, quod de Diis omnibus aḡs, dubi- taret, verene Diis eſſent. Edito quippe hac de re cōmētario, his ipsum verbiſ est auspicatus, *De Diis neg. vt ſint, neg. vt non ſint, habeo dicere.* Hinc dum ſe clanculo vrbe subduxifſet, in absentem ceu contempte diuinitatis reum: ſententia decreta, eiusque ſcripta publico:flammis addicta, vt ſcilicet hanc iudices im- pietatem plane tollerent, & ex hominum memoria dogma impium adeo penitus era- derent.

Socratesda. Eiusdem impietatis etiam insimulatum à
imminatus, q Melito fuisse sapientissimum mortalium S.
Deos nega- cratem, res est quam certissima. Vnde sic in
rect.

illum egit acculacor, Iura violat Socrates, quos
ex maiorum instituto suscipit ciuitas, Deos esse
negat, alia noua damnatio induet. Et tanti hoc
crimen habitum fuit, & adeo male ciuium
auribus accidit, vt summus ille vir, eris reip.
oraculum, & Philosophorum omnium de-
cens, ducentorum octoginta & vnius iudi-
cum suffragis morti sit adiudicatus.

Hæc cum verissima sint, & Areopagi iu-
dicia sententiæ quæ adeo rigida & cruenta,
ac præsertim, cum de Diis Deorumque cul-
tu cōtrouerteretur, qui factum dicam, Pau-
lum, dum nouum & inauditum iis persuadere
coram numen contendit, se sospitem sub-
ducere potuisse? Cur populus, resp. magi-
stratus, de idolis suis tantopere sollicitus, in
illum violentias non iniceat manus; cur vi-
ta non priuaruat eum, qui à patriorum simu-
lacroci cultu populū auocaret? Quomodo
vero ille, qui ante omnes illum iudicare de-
bebat, vt pote princeps illius senatus, tam pa-
tienter illum & attente audiuit, tamq promi-
pte quæ diceret, credidit, Iesu Christi ilico
legem suscipiens, & idolorum cultui valedi-
cens? Hoc scilicet summe est admirabile,
hoc cœlum simul & terram in stuporem ra-
put, hoc hominibus iuxta arque angelis ad-
mirationem mouit, hoc denique Gentiles o-
mnes & Paganos percelluit. Veruntamea si-
rationes dari aliquæ conuersio[n]is huius que-
ant & apud Dei filios admissibiles, & apud
doctos probabiles, egregias producam.

Prima con- Prima ratio, ipsa haud dubie est gratia diu-
uerendi S. na, omnis boni principium, & primaria ani-
Dionysii marum conuertendarum causa. Fuit quippe
ratio fuit hoc Dei opus à supremi Numinis profectum
Dei gratia. dextera, qui propter nimiam bonitatē suam
& misericordiam nobilis huius Senatoris cor
animumq commouit, voluntatemq ipsius
ad crucem adorandam, & sancti Apolloli do-
gma[ta] admittenda succendit. Gratia namq
Dei iustificat quos vult, Cuius vult miseretur,
Et quem vult, inducat: effectus namque eius
liberi sunt, & operatur, ubique voluerit,
iuxta illud Exodi, Miserebor, inquit Deus, cui
Exod. 33.

colero, & clemens ero, in quem mihi placuerit.
Dixit olim Pilatus Preses Christo illius cau-
sam agitans, Nescis quia potestatem habeo di-
mittere te, Et potestatem crucifigere te? Sed Dei
soli est supremi illius viuorum ac mortuo-
rum iudicis haec dicere, & vere de se repe-
statē haberet ipse potest, habere se peccatores iustifi-
candi potestatem, misericorditer cum illis a-
gendo; aut ad mortem ipsos raptandi, gra-
& condamnandi iis suam negando. Sic Areopagitam no-
strum iustificauit, ad se eundem vocando, &
Apostoli sui prædicatione gratiam illi suam
gratianter & vltro offerendo.

Secunda conuersio[n]is huius causa fuit for- Secunda
te ipsius cōuersi dispositio, ipsa scilicet sapi-
cia eximia, quam iam inde à pueri sibi quoti-
diano vñ compararat. Quod colligo ex illis
Parœmia[n]ta verbis de sapientia diuina, Qui Prou. 8.
mane, inquit ipsa, vigilauerint ad me, iam inde
ab ipsa ætatis aurora, tandem inuenient me,
meque propitiā sentient. Sanctus Diony-
sius ergo cum summa contentione in scientiarum
conquisitionem incubuisset, & cum
Psalmographo dicere posset, in laboribus à Psal. 84.
inuentu mea exaltatus sum scientiis, & humiliatus per obedientiam, fideli legibus animum
subiiciendo meum, & tandem etiam centur-
batus diuinorum iudiciorum metu. Nemini
videri mirum debet, si præmisla insigni hac
præparatione verum tandem inuenierit Deum,
qui sapientia & scientiarum omnium est o-
rigo.

Quam vero egrege a claudibile est, ado- Literis in-
lescentem iam inde à primis annis scientiæ & cumberet à
artibus humanioribus perdicendis incum- pueris lau-
bere, eisque iam comparatis rite laudabili-
terque adanimi bonum & virtutis exercitu-
vi? Ab his enim innumera, eaque maxima
nascuntur bona, & profectus ad promotio-
nes incomparabiles. Illæ namque sapientia
sunt pedis equæ, ac velut auxiliattices, iuxta
id quod in Proverbiis legitur, Sapientia adi-
cauit sibi domum, vocavit ancillas ad arcem. An-
cillæ porro, quas sapientia vocat, vt in artis
fabricam allaborent, vt multorum quidem
auctiorum sententia est. Aliæ non sunt, quam
artes liberales & scientiæ humanæ. Sunt, in-
Scientiæ
quam, hæ vermiculations illæ argenteæ, humanæ
quibus laus.

qñibꝫ sanctus ille sponsus aureas murænularum in morem adaptatas sponsæ suæ inau-

res venustat ac cōdecorat, de quibus in Can-

tis legere est; *Murenas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Sunt filia illa alienigenæ,

quarum Deuteronomium scriptum est, quæ bel-

lo captæ fidei rebus; sanctissimis coniungi manitarique possunt, modo vestimenta in-

mutentur, coma illis præradatur, & vngues præsecentur, id est, omne ab illis superfluum & barbarismum gentiliumque redolens

huius hu auferatur. Sunt item diuitia illæ Egyptiorum, quas è dominibus ipsorum veri Iracitæ diu tollunt, & gentilicio territorio cum iisdem egrediuntur, ut in cultura diuinum & tabernacula cōstructionem deinde impendantur. Sententias illas illustres, conceptus illos preclaros, moralia illa apophthegmata, aliasque gemmas intelligo, quas profanorū auctorum scribiis docti cordatiq; concionatores, ad concionum ornamentum & conceptum suarum cōdecorationem, id est ad maiorem Dei gloriae & animarum salutem mutuantur. Quam vero præclara sunt, quæ hanc in rem sacris in voluminibus continentur!

Osee Propheta Dei iussu connubium initum cum meretrice ac forniciaria Gomer, filia Debelaim, id est, radice dulcedinis. Peperit autem illi mulier hæc infamis filium nomine Izrahel, i.e. semē Dei. Mystice hic docemur præclara ingenia, quæ sub lege diuina bonis artibus insudant, & scientiis humanis incumbunt, quæ sunt velut filia fornicaria, quæ inescant, fascinant, & dulcedine nos sua & iucundis historiis ad se pellicunt) sèpenuero diuinas & sacras proles progignere, i.e. illustres inde, ad omnipotentis Dei gloria augmentum, infidelium confusione, & scelerorum mysteriorum explanationem exaltationemque conceptus procudere:

Isaias Propheta ciuidem etiam Dei iussu nouaculam in manus sumit, & tonsoris partes agè barbam radit & comam omnium in peccato agentium, & quos passim per com-

legoria, pita ac vicis obuios habebat. Hoc procul dubio factum sub obfcuri cuiusdam emblematis inuoluctis notabat, Deum velle & per-

mittere, ut lingua calamoque, ceu gladio ac

nouacula auctorum illorum profanorū, im-

munditie, lascivis amorib. fabulis ac cōmen-

dis, idololatrias superstitionibus, omnige-

nissimum sceleribus plenorum, barbam cæsa-

riemq; radamus, id est, omnem ab iis super-

fluitatem, & quidquid fidei verae querelgio-

ni aduersatur, abscondamus, reliktis autem ac-

remanentibus gemmis & flosculis ad summi

Dei obsequium & Ecclesiæ ciuidem exalta-

tionem vtatur.

Ezechiel quoque diuinis in revelationibus *Ezech. 3:2*

plane admirabilis, Hierosolymitanorum re-

presentaturus iniquitates & abominationa

sceleris, cæsatrem sibi omnem radiubet, ut

quidquid in illa vita sensusque expers erat,

prosternatur. Noua hic allegoria ac do-

cumentum, quo nemo non docetur, laude di-

gnissimum esse virges profanas ingredi, & ex-

officiniis illarum tollere quidquid continent

preciosum: clarus ut exponam, persæpe no-

misi utile esse, si Christiani oratores, Ecclesiæ-

stæ, aliquæ viri sancti animarum salutistre,

nue incombentes, Gentilium scriptorū agros

percurrent, libros illorum euoluat, flosculos

que inde ac gemmas preciosas sibi feligant,

quo in Ecclesia easdem adhibeant, comam,

ante, i.e. superfluū, & omne Christianæ legi

inimicum præsecando. Haec omnia mihi ma-

gnus ille Ecclesiæ Doctor suppeditavit Hie-

tores Chri-

stoum, questioni sibi à famoso quodam stianianu-

Oratore Romano proposito, num sci. Theo-

logum fas esset Gentilium scientiis vti, & suis fauor

in rebus profanorum scriptorum doctrinas &

dogmata adhibere, satisfaciens.

Et quibus omnibus efficeret volo, gentilium

libros & scientias licet profanas, permagnam

omnibus utilitatem afferre, modo rite legi-

timeq; usurpentur, cu virtute coniungantur,

ad vitium vero non pellicant. Si enim hoc

modo adhibeantur, fiunt vere enes, quib. fi-

deles Davides Dominis suis & auctoriibus ca-

put præscindant, & Goliatas & Philistæos *I. Reg. 17.*

profanos vita spoliunt. Verum si non prout Scientiæ ma-

doportet quis iis vtatur, si Scientiæ & Philoso-

phia illæ naturales prauo insit animo, ac ne-

admodum

quitiam in omnibus spectanti, virulenta ve-

funt noxiæ

nena sunt, medicamenta noxia, arma necem

inferentia, & res quam maximum nata ad-

ferre

ferre discrimen. Agnouit hoc ipsum Aristoteles, suis in problematis scribens, *Scientia*, inquit, *in homine n. alio, est nequitia habens arma*, quasi dicat, ut mihi quidem videtur & est res longe verissima, viti omnis arma esse scientiam in anima prava ac scelesta: vbi enim quis doctus est & peruersus, hostis est armatus, grauissimumque affere damnum potest.

Gen. 19.
Scientiae in
homine
prava peri-
culose sunt.

Scientiae autem vitiis maritatae, sunt puerilae Sodomiticæ, ad ebrietatem prouocantes grauissima scelera suadentes, patrumq; suorum & auctorū exitium ac perniciem ut plurimum caufantur. Sunt itidē maligna illa zizania, quæ in Ecclesiæ, vel in anima cuiuspiam singillatim agro crescentia, triticura extinguit, virtutē suffocant, honorem arefaciunt, rationis lumen offuscant, hominem in periculum trahunt, ac non nisi scandala producunt.

Sunt quoque pendula, fulua atque auriculae.

2. Reg. 8.

lor Absolomi cæsaries, quæ funis instar Dominos suos rebelles ad steriles vanitatū querunt in mundi huius deserto faciunt adhærescere, atq; inde in perpetuum rapiunt carcere, & tartareis tandem addicunt suppliciū. Sunt

4. Reg. 10.

etiam thesauri illi iactabundi & vani Ezechiel Regis, quæ Dominis suis ac post eis oribus ad aliud non proslt, quā vt vita simul & regnus eos priuent. Sunt etiam patentes Vriæ litteræ finu abdite, quæ ad mortem æternam rapiunt eos, qui in animarum suarum finu illas gestant. Denique non nisi merus est ventus & inanitas huiusmodi habere scientias & artes, nisi cum virtute iungantur. Quod perspe-

Cap. 13.

ctum habens Sapiens, hanc sententiam egregiam protulit, *Vani sunt homines, in quib; uo non subest scientia Dei*. Dei autem scientia amor est virtus, veræ probitatis desiderium, & vi-

tiorum fuga.

§. Dionysius.

ergo vir apprime doctus, & us virtutem omnigena sciencia iam inde à pueris excultus, simul & do-tameri infidelis & idolorum cultui addictus, strinam ha- moraliter tamen bene vivebat, bonum spec- bebat.

3. Dionysius ergo vir apprime doctus, &

us virtutem omnigena sciencia iam inde à pueris excultus,

simul & do-tameri infidelis & idolorum cultui addictus,

strinam ha- moraliter tamen bene vivebat, bonum spec-

ebat, probitate conseftabatur, & ad naturæ

leges vite sua ratione adaptabat: atq; vt pre-

stantissimus erat Philosopher, sic & viuendi

modo suam declarabat sapientia, quod illum

ad salutem comparandam, cōuercionem, vi-

teque mutationem dispositit, & permagnum ad eadem momentum attulit.

Doctissimum vero fuisse, ac præsentim in astrologicis disciplinis, motuum celestium obseruatione, siderumque contemplatione versatissimum, hinc facile colligas, quod anno ætatis quinto ac vicesimo, cum Heliopoli in Ægypto cum Apollophane Philosopho agebat, admirabilem illum solis defectū notasse dicitur, qui Redemptore mortem oppetente contigit; quem quia insolitus & præterterū ordinem fieri agnoscet, è rerum supererum turbatione & cōfusione vt peritus Astrologus S. Dionysius confessum collegit, ac colligendo subintulit, Astrologus. Aut Deum naturæ pati, aut mundi machinam dissolvi atque in interitum vergere. Sic suis in Annalibus testatur Illustrissimus *Ba-* Tom. I. 1700
Chriſti, 52.

S. Ambrosius epistola ad Ecclesiam Vercellensem, è Philophorū Stoicorum aut Epicureorum numero cum fuisse scribit. Vero tamen similius, Stoicorum illum sectam esse amplexam, vrpote qui rigorem, severitatem vitæ morumque ac grauitatem omnibus in rebus præferrent, vt & in Seatu ipse grauissimo iudicem æquissimum agebat. Hinc & Metaphraſtes Areopagitarum Principē eum *Metaph.* indiget, non quod Rex fuerit, at quod omnium aut supremus, aut de primorum numero haberetur. Sic quoque Michaelis Synecelli verba capienda sunt dicentis, *Dionysium iuridicundo præsedisse longe omnium primas tenentem, atque eximum inter Senatus Areopagi- tici iudices.*

Vt vero Scientiarum harum humanarum Doctrina S. cognitio iter illi ad cognoscendam veritatem Dionysium aperuit, cum facile reddidit; sic illi post conversionem, ad veri Dei cultum, Ecclesiæ sionē miri- bonum, infidelium confusione & idolorum fice profuit, subversionem, summopere eadem profuit, & maxime cōmoda fuit. Sic constat eos omnes, qui scientia & doctrina ante agnitam Fidei veritatem celebres fuere, & hoc nomine maximam apud omnes passim auctoritatē sunt consecuti, mox vt Christum profiteri, & fidem amplecti cōspere, mera fuisse oracula, fidei columnæ, Ecclesiæ ornamenta, miraque in eadem præstitisse. Tales fuere haud dubie S. Iu-

Dixit S. Iustinus Martyr, illustris, antequam fidei manus daret, Philosophus, S. Lucas peritus confiteante vocatione medicus, S. Paulus, summus sacerdos ante electionem legis peritus, Apollo cuius Auct. v. theniensis, antequam Christianus foret, eloquentia ac scientia summus, denique magnus noster Dionysius legum peritia & marcheti exercitus, dum adhuc idolis seruiret; alioq; plurimi, qui post conversionem & sui Euangelio submissionem, admirabiles & summi in Ecclesia existitere, adeo ut deserta in horrois floriferos spineta in rosta, sic omori & pleastris in arbores feracissimas, zizania in triticum, lupi in oves, serpentes in columbas, Philosophi in Theologos, idolorum mystae in seruos Iesu Christi, & fabularum ethnicarum proxenete in veros Euangelii praedicatores, insigni ac diuina metamorphosi transierint.

Atque in primis sanctissimus Dionysius noster, qui statim a cœsione, liquido quis ante fuerit, patefecit: omnem enim scientiarum profanarum, quas tanto sibi sudore in adolescentia compararat, medullam adhibens, easq; cum ecclesiæ sapientia combinans, adeo mirabilis & diuinus euasit, ut inter summos maximosque & profundissimos qui vñquam vñlibi existere Theologos iure meritoq; sit annumerandus. Vtalem eum agnoscetis veteres Ecclesiæ Patres ac Doctores, quam honorificentissimis eum elogis cōdecorant, ac talios illi dant præstantissimos. Inter alios S. Chrysostomus ~~metet. & ergo~~, i.e. cœlestem aemum eum, referente Anastasio Bibliothecario in epist. ad Carolum Calcum, nuncupauit, alii eum *Theologum*, alii *Theosophum*, alii *venerabilem*, alii *diuinissimum*, alii *sacratissimum*, alii *deinde celeberrimum* vocant; à nonnullis *Philosophia magisterio insignis*, ab omnibus pene *Gallia Apostolus* indigeratur: quæ nomina illustria sunt, cuiusque merita representant.

Omnia porro ingenii illius magnitudinem, & doctrinae sublimitatem respiciunt: quæ ex his quæ eō posuit scriptis facile eruitur, de nominib. scilicet diuinis, de hierarchia cœlesti, de Angelorū natura, & mysteriorum excellētia, aliaq; permulta, quæ & temporis antiquitas, & inimicorum Dei inuidia Ecclesia eiusdem inuidit. Exstat & epistola eiusdem

Bessai tom. 3. de Sandis.

consolatoria ad Ioan. Euangelistam, interim Epistola dum in Pathmon insulā esset ab Imperatore consolatoria Domitiano relegatus, misla; qua eius prope- S. Dionysii diem redditum & quæ inde secura erant bo- ad Ioannēna, fatidico spiritu vaticinatur. Hæc genuina Euangeli- epistola huius sunt verba: *Post paululum vero statim missa, dicam enim ei si audax dñe videatur, tibi, ca-*

rissime societate iungemur. Cur autem prorsus di- grior, cui fides habeatur, si que tibi præcogni- ta sunt, que & à Deo didici hac loquar, quod scilicet ex Pathmi custodia dimittendus es liber, & in Asiaticam terram reuersurus. Quod mox, à Domitiani anno post sequeati occisi morte contigit. Et epistola huius meminere Meta- phrastes apud Oecomenum in Ioan. Euangeliū, & Baronius in Annalibus. Atq; hæc hactenus ad magni huius Arcopagitæ do- strinam vobis declarandam dicta volui, vt hinc euidenter constaret, quantum ad san- ctam eius conuersationem momenti hæc attu- lerit: iam alias vobis causas recenzebo.

Tertiam S. Dionysii conuertendi rationē 3. Ratio Apostoli Pauli prædicationi ascribo. Cetera conuersationis tissimum est enim, verbi Dei prædicationi in S. Dionysii signem vim esse, & admirabilem ad anima- rum conuersationem virtutem. Hinc Psalmista hoc ipsum elogio condecorat, *Lex Domini Psal. 18. immaculata conuertens animas.* Et alio loco, *Psal. 18. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnifi- centia, vox Domini confringens cedros;* id est, Senatores, Doctores, Iudices, Philosophos & Arcopagitas, qualis S. Dionysius fuit.

Prædixerat olim Ieremias, aut Deus ipse *Ierem. 13.* Prophetæ ore, *Numquid verba mea sunt ignis Verbum cōburens, & scit malleus conterens petras?* ignis Dei igni & quidem ad gelida congregataque peccantium malleo affi- pectora ad deuotionem accendenda, malleus milatum. autem ad peruvaces & pertinaces obdurate- rum animos conterendos, ac communien- dos. Et sane sanctum hoc verbum, ore sancti Pauli annuntiatum, diuini amoris flammam in frigido S. Dionysii pectori idololatriæ superstitutionis gelu rigido ascendit, & infidelitatis petram in anima eius rigescit veluti malleus confregit.

In horum omnium figuram dictum fuit o- lim Moysi in deserto, *Lequere ad petrā, & dabis tibi aquas.* Spirituale hic quid subest, & insigne mysterium, & per obduratas illas petras

Kkk maximæ

maximi & pernicacissimi peccatores intelligendi sunt, qui rupis instar obfirmati, in flumina mutantur, & ex oculis suis Oceanos quosdam emittentes, in lacrymas soluuntur, mox ut vocem praedicatoris intonatam consonantemque auribus percipiunt.

Sunt vero tonitrua illa ac voices, peccatoribus formidinem ac tremorem intuentes, & que pectora obfirmata cogunt contremiscere, ut notauit Psalmista, *voce tonitrus tui formidant*, quasi diceret: Ad praedicationis verbi tui, Domine, tonitru pagani, idolatria, & illustres illi Philosophi trepidabunt, intrinsecus contremiscent, ut vero conscientiam in tuto collocent & confirmant, ad Ecclesiam se quam recipient. In huins rei figuram audisse in Apocalypsi sua se Ioannes scribit vocem de cœlo, velut vocem aquarum multarum ac torrentium, ac vehementium tonitruorum fragorem: *Audiu, inquit, vocem de cœlo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitru magni.*

Angeli Apo calypseos veros praedicatores representantes. Veram eadem Apocalypsis eodem loco praedicatorum imaginem repräsentat. Nam mihi vidisse se Ioannes ait tres Angelos velut totidem praedicatores ad mundum Evangelio asserendum emissos. De primo sic loquitur, *Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium aeternum, ut euangelizaret sedentibus super terram, & super omnes gentes, &c.* Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudici eius, & adorate eum, qui fecit cœlum & terram. De secundo scriptum est, *Et alius Angelus securus est, dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna, que à vino fornicationis sua potauit omnes gentes.* Tertium denique sic describit, *Et tertius Angelus securus est illis, dicens voce magna: Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius & accepiterit characterem in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino ira Dei, & cruciabitur igne & sulphure.*

V. Vera hæc praedicatorum egregiorum est imago: primus Euangelium, Deitumorem & supraem adorationem Numinis annuntiat; secundus terribilia Dei iudicia & exempla de promitt eorum, qui ob peccata penas dedeunt, & vindices Dei manus senderunt; tertius

denique ignem & æternas comminatur penas iis, qui in nequitia ac sceleribus suis obdurati ac præfaci peccaverant. Viuis hic coloribus zelosi & fideles Euangeli præcones ac prædicatores depinguntur, qui Angelorum instar hoc in mundo vitæ inservientes, & Anglicanum in omnibus puritatem cōsistantes, suis in cathedris de solo Dei timore, deque eius adorandi ratione, de terribilibus eius iudiciis, de castigatione ac flagellis impiorum, de mortis periculis, deque tormentis infernalibus loqui debent; atque hæc unica simul & expedientissima animarum conuertendam, & sancta quadam formidine implendram est ratio.

Notatis hic velim, ò sacri & euangelici orationes, zelosique prædicatores, horum Angelorum nullū dictum esse fabulas, historiasque cionatores vanas auditorib. suis proposuisse, nouas auditorio suo conceptus inauditasq; nouitates commemorasce: nullam in sermone curiositatem consecutatum, aut minimā ridendi suis materiam dedisse: nihil inquam horum; sed omnem illorum concionem circa timorem Dei, iustitiae eius terrorem, de prævaricantibus vindictam, & tartari comminationem esse versat. Et sane, verum ut fatear, vera hæc legitimaq; concionandi est ratio, alia porro conciones immiscere, ab Euanglio nimis quantum est recedere, Christiani præconis partes excedere, demum, ne multis moris, non est Angelorum ritu loqui.

In horum omnium figuram & symbolum, in eadem Apocalypsi in prestantium coacionatorum præconium dictum est, *Et audi vocem magnam de templo dicentem septem Angelis, Ite & effundite phialas ira Dei in terram.* Vbi vero primus phiala Angelus effudit, ecce *Fænum est vulnus, suum & peñsum in homines, qui habebant characterem bestie, & in eos qui adorauerunt bestiam.* Nam, Angelilli phialarum prædicatores diuinæ alii non sunt, quam boni ac ferue- rum bonites concionatores, queruna est itam Dei, cuius *rum imago illa-*

illustres dellinquentium, & bestiarum, i.e. dia-
bolum adorantium, cuiusque charactere & frontis-
tibus, id est, peccatum in animabus preferen-
tium, conuersiones fieri contingit.

Huiusmodi Ecclesiastes erat magnus ille
Paulus, qui in celeberrima totius orbis Aca-
demia, ingeniorum prestantissimorum altitu-
de, & optimorum Philosophorum parente ac
rurice Athenis fidem Christianam annun-
tiatis, alias apud illos materias non pertinac-
uit, quam de mortuorum ad vitam resuscita-
tione, de idolorum vanitate & contemptu, de-
que veri Dei cognitione, quem illi ut igno-
rum habebant: aram enim aut statuam Deo
ignoto singillatim exerentur; quam cum A-
postolus, fana publica obeundo, spectasset,
primae inde concionis sua materia est occa-
sionemque mutuatus, sic illos affatus, quem-
admodum in Actis scribitur, *Quem vos Deum
ignoratis, hunc ego annuntio vobis.* Quasi dicat,
De ignoto hoc Deo laboratis, vii Atheniensis,
hac ut vos anxietate liberem, hunc ipsum
vobis annuntio, quemque, vos ignorantes &
infici superstitione veneramini, hunc ipse vere
vobis adorandum prealis numinibus edico.
Ecquæ, Deus bone, miseria, ecquæ cœcitas,
Deus Atheneus incep-
tus. ecquæ calamitas! Deū cœli ignorabat docta
illa ac celebris respubl. nesciebat cum Arco-
pagus tot illustrius iudicium confessu nobis-
lis, incognitus is erat Vniuersitati adeo incli-
ta, quam tot illustres Philosophi exornabat,
erat etiam ignotus nobilibus & magnatibus,
ciuibus item, mercatoribus, opificibus & ple-
beis. Hocine qui fieri potest? cuinam hoc
persuadet? ecquæ vero tam stupidæ & cras-
se inficiat causa est?

Nulla profecto vñquæ fuit gens adeo bar-
bara ac siluestris, qua non naturali edocta lu-
mine, vnum in mundo præesse & esse Deum
& agnouerit & crediderit. Testatur hoc M.
Ciceron libro quem de natura cōpositus Deo-
rum, *Nulla gens, inquit, adeo barbaræ, qua si cœ-
los affectat, deos esse non sentiat, & diuinitatis re-
ipæ effectus experietur.* Accedit deinde, esse
velut principium ac legem fundamentalem
vniuersi naturæ status persuadere sibi, præsi-
dere aliquod in mundo numen. Non latebat
ea res Philosophos veteres, qui primum ali-
quem motore, causam aliquam independen-

tem, esse quoddam supremum, Deumq; ali-gnouere
quem cœli & terræ auctorem creaturamq; Deum ut
omneum factorē agnouerant: verum, quoad gratiæ au-
excellenti sapientiæ opera, & immensæ bo-
ctorem.
nitatis, quos tu in hac vita, tum in futura de-
claratus erat, effectus, is ipsiis incognitus
erat. Clarius ut eloquar, cū ut naturæ aucto-
rem nemo non illorum agnouit, atque hæc
de illo fuit Athenis Platonis, Arist. Socratis,
aliorumq; illustrium Philosophorū opinio,
sed cum ut gratiæ auctori nec agnouere, nec
agnoscere potuerunt. Naturæ fax ac lumen
ad primæ cognitionem deducit, sed sine fidei
virtute ad alterius nemo posset cognitionem
pertingere. Natura quidē tam sublustra sug-
gerit lumena, eius ut adminiculo Deum uni-
uerso imperitatem & dominatrem videa-
mus, non tamen trinum in personis, neque
ea adiuuante scire possemus huic esse Deo fi-
lium, nos tamen in ditum natura, in cruce mor-
tuum, atque inde totius esse mundi Redem-
ptorem constitutum.

Talis inquam Deus, vñus essentia, sed per-
sonis trinus Areopagito scaturit, & reipub.
Atheniensi, atq; adeo orbi vniuerso ethnico
incognitus erat; talem vero cum prædicauit Pauli prædi-
Apostolus, & prædicatione sua Christo lu-
cratus est S. Dionysium de primiorum to-
tius orbis Philosophorum numero vnum, cōuertendi.
hinc verbum Dei primaria ac princeps ani-
mæ illistris cōuertenda fuit causa: tametsi
non ignorem ab Hilduino apud Surium in
vitis Sanctorum, aliquas alias adferri, prodi-
giosam scilicet cœco visus restitutionem A-
thenis ab Apostolo factam, quo vniuersos
eiues atq; Areopagitam in primis nostrum,
veluti diuino ac supernaturali quodā opere
in admirationē rapuit, deinde & Apollo viri
ea in republica spectatissimi & nobilissimi
conuersiōē. Apostolus ergo, qui eum Chri-
sto asseruerat, rei huius in Areopago ratio-
nen reddere coram iudicibus iussus, S. Dio-
nysiū in primis tetigit, eiique primam Dei
illius, tota Attica incogniti cognitionem in-
stillauit.

VI.
Omnes hæ rationes probabiles admodum Cur S. Dio-
& solidis nixæ fundamentis mihi videntur; nysius tam
sed ea adhuc quæstio restat dissoluenda, quæ cito fidem
iam obiter ante tetigi, quæque permagni est suscepere.

tua, & fidei tuæ capita credibilia facta sunt nimis.

Secunda: vt sapientes saeculi huius confunderet & rideret, verissimumque illud propheticum esse ad oculum comprobaret: *I. Cor. i. 1. Cor. i. 1.*
Pardam, inquit Deus, veterum illorum atque insolentium Philosophorum dogmata ventilaturus, *sapientiam sapientium & prudentiam prudentium humiliabo*. An nou enim magna magnorum illorum ac sapientum politicorum, illustrium illorum ingeniorum, infidelitati à pueris assuetorum ac mundi huius bonis, voluptatibus & honoribus mordicus adhæretum fuit humiliatio, deserere omnia, contemnere yniuersa, quin imo seipso, ad primum Euangelica tubæ auditum, abnegare? An non, inquam, insignis & summa de Philosophi pressio fuit insignium illorum virorū, ac do- veteres à etorum Philosophorum, in omnibus rebus lege Christi adeo sapientium, vt velut diuina quædam o- humiliari. racula vulgo susciperentur, cum se ab obser- ris quibusdampificatoribus, qui litteras ne à limine quidem salutarant, nullaque scholas frequentarant, confundi superariq; viderunt. An non deniq; intolerabilis quædam fuit infamia, summaque confusio, lophos illos, qui scientiarum penes se habebant claves, Vniuersitates moderabantur, in Musarum arcana penetrarant, nihilq; omnino scibile ignorare videbantur, suam palam inscitiam fateri, erorem agnoscere, & cum publica in concer- tatione, tum priuato in colloquio, nudæ ac simplici Apostolorum duodecim persuasioni ac prædicationi credere, & vietas manus dareis, qui nulla aequita scientia instructi, illos qui omnem in litteris æratem posuerant, & disputando superarunt, & validis prægnan- tibusque rationibus illos ad veritatem am- plectendam compellendo, sacram ipsos ade- rare crucē, Iesu Christi fidem suscipere, idolis valedicere coegerunt? testis futura magi Arcopagitæ nostri conuersio.

Conuersio inquam plane admirabilis, & eo potissimum nomine magna, quod ad eius exemplum ilico ali Iesu Christi iugum suscepérunt; nam sic historiæ contextus haberet, *Quidam autem sibi adherentes ei (Paulo) credi- derunt, in quibus Dionysius Arcopagitanus & mulier nomine* *Ag. 17.*

momenti, cur nimirum Magnus ille vir, tanto ingenio, sapientia, iudicio pollens, reipubl. consilium, patriæ oraculu, senatus totius ornamen- tum, tam cito gentilitatis arma abiecerit, & Euangelicæ professioni ilico auscultarit, evm, ipsa Scriptura teste, levitatem & inconstantiam redoleat eito credere. Vnde Sapiens. *Qui cito credit, leuis est corde.* Deinde proverbiū in sacris literis, id est, quidquid præcipitanter & cito fit, illius haud longe post pœnitentiam sequi: nam præcipitata & immatura molimina diuturnam post se trahunt pœnitentiam. Atque inde etiam ipse

Matth. 23. Dei filius, de hoc agens, & in rebus fidei ac religionis longi usus experientiam ac matrum exigens examen, Apostolis, atque adeo yniuersis hominibus consulebat, vt, si quando Deus ad ianuam consistere, & in deferto esse diceretur, atque hoc ipsum vel ab Angelo nuntiareret, nuntio minime crederent: perinde ac si diceret, Antequam quid quis credat, ac velut fidei articulum admittat, māto id ante iudicio librandum, sepe ad examinis trutinam reuocandum adiutius excutiendum.

Diuinit' fa-
ctū, vt Eu-
gelio S. Di-
onyfi⁹ cito
crediderit.
Affero nihilominus, vt hanc difficultatem
exhaustriam, & sapientis huius Areopagitæ
honorem propugnem, & ab omni eum con-
tumelia aduersariorum tuar, diuinitus eum
ad fidem tam celestiter amplectendam, Chri-
stoq; credeandum, permotum suffisse; & dex-
træq; altissimi opus extitisse, idque ob egre-
gias considerationes, quarum hæc prima.
Volut id ita fieri Deus, vt, quæ inter Iesu
Christi fidem atque humanas Philosopho-
rum scientias est sympathia & concordia,
hoc pacto patesceret, & omnes passim con-
gnoferent, doctrinæ Platonicæ, & placitis
Socraticis ac dogmati Aristotelis Euange-
lium minime aduersari. Ut enim Euangeli⁹

Concordia
Euangelii
& Philo-
sophiæ.
promulgatio inaudiri primum copta est, mi-
rari Philosophi cœpere, quæ de Iesu Chri-
sto tradebantur, viso, quidquid de illo præ-
dixerant Vates, quidquid de eodem scriptum
lex continebat, cum scientiarum & senten-
tiarum suarum fundamentis optime coincidere. Adeo ut purissimæ apertissimæque

Eph. 98. *veritati aperientes oculos, cum Prophetæ re-*
gio dicere & clamare coacti sint, Testimonia

Damasi, nomine *Damaris*, & alii sumen. Vnde mani-
vnonci festum fit, sancto Dionysio fidei accidente,
vna-
mari-
dem
opit. alias plurimos cum ipso eandem suscepisse,
ae nominatio vñorem eius Damarim: eius
enim illam fuisse coniugem communis san-
ctorum Ecclesiae Doctorum est sententia.
In primis hoc assertit sanctus Ambrosius epi-
stola ad Vercellenses, cui & ad stipulatur san-
ctus Augustinus; confirmat id autem sanctus Chrysostomus libris de sacerdotio. A-
llorum vero testimonios omissis, audite, que-
sto, oris illius aurei sententiam, *Rursum Areo-*
pagita ille, superstitionis illius cunctatis ciuiis,
nonne una cum uxore, auditam tantum Paulus con-
sione illum secutus est? Certissimo igitur sibi
persuadet, Damarim sancti Dionysii coniugem exstitisse. Et sane non est, quod de eo
quis ambigat.

Admiranda solum venit magni huius viri sapientia, qui via salutis iam inuenta, alios ad eandem deducere summo studio contendeat, atque in primis vxorem & domesticos. Næ autem beatum illud est matrimonium, religio: vbi coniux diuina bonitate ad fidem & Eccliam conuersus omni ope allaborat, vix marci eodem & vxorse recipiat. Uniformitas enim religionis non minus quam voluntatū con- spiratio ac consensus, amicitias & amorem interconiuges mutuum souet, familis benedicit, & omnem adferre matrimonio felicitatem solet. Contra vero, si quando in fidei articulis dissentiant & diseriperint; coniux reli- hanc, vxor illam sequantur fidem, unus Ca- tholicam, altera Lutheranam sectetur; hic pro mortuis suffragia fundat & Purgatorium ignem afferat, illa eundem rideat & explodat, maritus denique Missæ sacrificium frequenter, & in eodem presentem Redemptorem adoreret, coniux vero meram id idolatriam sibi persuadeat, familiarum perniciēs est, domorum schismata, matrimonii diffidia, amotis exfictio ac congelatio, bel- la quotidiana, continua turba, hotiendæ divisiones, & dolores denique intolerabiles. Nunquam porro vir prudens ac Deum timens has in syrtas se induit, nunquam hæc sponte adibit naufragia, id est, nunquam par fibi, quo cum in religione ac rebus fideli si- bido conueniat, matrimonio iungit; auf-

si forte nescius tale natus sit, omni qua- poterit ratione in comparis sui conuercio- nem ac reductionē ad Ecclesiam incumbet. Inde namque omnis suauissimorum coniu- giorum vel benedictio vel calamitas a ruina dependet.

Hinc etiam filii Iacob, vt i Geneesi fit ma- Gen. 32.
nifestum, ut pote cordati & prouidi Principi- Sichimorum sororem suam Dinam, quam ille nimio pere deperibat, sibiq; in coniugem legatione missa deposcebat, nuptui dare ante noluere, quam circumcidionem, vnicum si- dei vera runc signum, ille admireret, idolis- que valediceret, ad quæ si ille paratissimum se diceret, tum deum sororem illi se tradi- tueros sunt polliciti:

Sic & Samsonem parentes & consanguinē Iudic. 13.
reprehendunt, quod filiam alienigenam &
Philisteam, cuius conciues idola sectarētur, in coniugen sibi, excæcatus amore deposce- ret. Sciebant hi nimirum, infelix & ærumno- sum hocce connubium fore, si quando coniuges corpore & voluntate coniunctissimi, religione & fide à se inuicem sunt disunctissimi. Hinc itaque sanctus Dionysius, mox vi idolorum cultum repudiare constituit, si- mul & vxorem eodem inuitat; quamobrem in eundem ambo scopum collineantes ean- dem suscipiunt fidem, eiusdem se Dei obse- quio mancipant, seque totos eidem ambo consecrant.

Conuersio hæc illustris, quæ & aliorum Iona 4.
conuertendorum fuit occasio, memoriā re- fricat illius, qua Archisynagogus ille, cuius in Euangelio fit mentio, miraculis Iesu Chri- sti visis, yna cum uxore, liberis, famulis, om- niisque turba domestica, illius in obsequium ac sequelam transit; quod notauit & Euan- gelista dicens, *Et credidit ipse & dominus eius to- ra, herumque credentem omnis familia se- cuta est.*

Similis quoque exstitit conuersio Regis Iona 1.
Niniuitæ. E Iona namque Prophetia disci- mus, principem hinc, prædicationis Pro- pheticæ comminationibus perterfactum, errorem agnoscendo, & penitentia se addi- cendo, cineribus caput conspersisse, cilitina tunica & laccō membra cinxisse, flagellis in- tergora tauisse, quod sane illustre peccaten-

riæ testimonium fuit, & illo præentes, o-
mnem mox rempubl. ciues oves, nobiles,
mechanicos, summos iusta atque infimos,
mulieres simul & pueros, qui imo & ani-
malia, illius esse exemplum secutus. Magna-
tum ergo & optimum conuersio minimorum
conuersiōnēm secum trahit, regumque
exemplum subditis ad meliora reuocandis
maximopere conducit. Vti enim primum
mobile omnes alios orbes coelestes, & sphæ-
ras inferiores moueri facit, suumque iis mo-
rum imprimat; ita & Regum & summatur
vita, conuersio & ad virtutum exercitia mo-
tio, aut ad religionem aliquam inclinatio, o-
mnes etiam subditos longe lateque per pro-
vinciam spatos eodem inuitat ac quod amo-
dot trahit. Sed equo diutius huic membro in-
hæsimus, & in conuersione S. Dionysii ex-
ponenda nimium quantum nos extendimus:
iam de martyrio eiusdem, quod in secundam
concionis partem reieceramus, aliquid ve-
stra cum venia dicemus.

**Conuersio
Magnatum
causat & in-
feriorum.**

Simile.

Erasmus erat, dum ne-
gat S. Dio-
nygium phi-
losophum
fuisse.

S. Diony-
sius Deipa-
rae mati-
morienti ad
fuit.

Lib. I. cap. 3.

*Baron. An-
nal. tom. I.
pag. 475.*

Antequam vero hoc ipsum auspicemur, &
sanctissimi martyris mortem exponamus,
addam paucis duo, quæ in prioribus quidem
dici oportuit, sed memoria exciderat, primo
Erasmi nugonis errorem norabo, qui in ho-
norem Dionysii nostri iniurius ac blasphemus,
illum & Philosophum, & Areopagitum
iudicem negat fuisse: sibi namque per-
suasit, quin & aliis persuadere voluit, omnes
illos, qui in ea Atheniensis vrbis regione, in
qua Areopagus, commorabantur, à no-
mine loci & habitationis, Areopagitas fuisse
nuncupatos. Alterum ad Dionysii nostri
fortunam deprædicandam conducit: cui id
felicitatis obtigit, quod vita una cum sancto
Petro, Iacobo, Ioanne & aliis Apostolis Dei-
paræ morienti & præsens adfuerit, & funeris
illius pompam comitando sit prosecutus.
Rem hanc ipse scripto mandauit libro de di-
uinis nominibus, cuius ipsissima verba non
sine labore conquista vobis hic ponam, *A-*
pud ipso, inquit, diuino spiritu plenos Pontifices
nostros, cum & nos, (& nosti) & plerique alii ex-
sandis fratribus nostris ad contuendum corpus il-
lud, quod auctorem vita & Deumque receperat, con-
uenisserunt: aderat autem frater Domini Iaco-

bis, & Petrus supremum decus, & antiquissimum
Theologorum culmen.

His velut præambulis præmissis, assero, il. S. Dionysius post amplissimos illos honores, & post Athenis E-
quam quinque & viginti annorum spatio & pscop. præ-
amplius clero Atheniensi Episcopi cum di- fuit 15. au-
gustate præfuiet, semper in loco suo residet nis.
ac dicebatur; in quo Episcopis omnibus præ- Episcopi
luxit, ac docuit, si debite ac legitime partes apud oves
exequi suas velint, non esse sibi multum persuasus
alienas vrbes diuagandum, nec magnatū do-
mos aut principum aulas frequentandas, sed
in diecēsi apud oves concreditas manendū;
post hanc inquam omnia à S. Clemente Pon-
tifice in Galliam nostrā destinatū crucis cultū
huc intrulisse, Iesu Christi morte annuntiasse,
sacre prima fundamēta religionis iecisse, san-
ctum Euangelium promulgauisse, fidē edo-
cuisse, peccatorum indulgentiam diuulgasse,
& mūndum pretioso Christi sanguine redem-
ptum fuisse, nuntium extirisse.

Tum vero indefessus ille viticola, ad regni
huius vineam incultā illam quidem ea tem-
pestate, sed quæ postmodum tam vberes &
illustres botros protulit, colendā se accinxit;
tum quoque egregius ille agriculta terrā hanc
sterilem subigere & excaudicare cœpit, & in
desertam hanc solitudinē generosum Evan-
gelii semen spargere; tum strenuus ille Iesu Quidam
Christi bellator bellum adortus est, & aduer- Gallia S.
sus veritatis aduersarios arma vibrare, & no- Dionysius
uæ in Gallia Ecclesiae fundamēta iaceret, hanc efficerit.
deniq; demones effugare, superstitiones era-
dicare, gentilismū subiugare, in fidelitatē ad-
obruere, & idola solo prostertere occipit.

Verum in arduo hoc & perdifficili opere S. Dionysius
perfiendo quoniam Deus bone, labores ma- in Gallia
la, ærumnas & incommoda superavit modo labores.
namque in compedes coniectus est, & coram
iudice causam dicere iussus, vt maleficus a-
pud præsides accusatus, vt se celestus aliquis
peccatore habitus, omnium expositus ludibrio,
vestibus nudatus & flagris adiudicatus: quā-
obrem non immerito cum Psalmographo de-
mundi iniuriis & feritate expostulante con-
queri potuit: *Supra dorsum meum fabricau- Psal. 12. 6.*
runt peccatores, virgis ac taureis non alter in
tergum meum levierunt, quam in incedem
malleis

malleis faber ferrarius. Modo etiam in ferreum extensus fuit craticulam subiecto igne astuantem, in quo S. Laurentium supplicio exequauit, & non dissimiles etiam craticatus pertulit: insigni tamen cum patientia Dominus cecinit, Ignitum eloquuntuum vehementer, & seruus suus dilerit illud.

Fatidico hoc praevidens spiritu Psalmista, in generali & communii totius vniuersi ad Deum dilaudandum harmonia, & vnanimi creaturarum omnium ad creatoris elogium hymno, aquas super celos constitutas ad co-cinendum etiam invitat, dicens, *Et aqua, que super celos sunt, laudent nomen Domini.* Aquas ilias super celestes si quis mystice intelligat, tribulationum in iustos ac coelestes viros confundi solitarum esse imaginem copieret, quæ idcirco Omnipotentis laudes concinunt, eo quod ob singularem constantiam per Martyres mediis in cruciatibus constitutos Deus deprediceret: ut flammis superpositum sanctum Dionysium fecisse constat.

VII.
Dionysius ex-
clusus ex-
vitus.
Dan. 13.

Verum barbarum hoc supplicium cum sanctus Athleta Dei gratia solpes euafisset, ecce aliud ei preparatur. Barbari quippe idololatræ illius interitum atq; exitium spectantes, bestiis immanibus, quas tum quidem Gallia alebat, in præda ipsum dantes, tatis ostenderunt antiquis illis Babyloniis crudelitate, & barbarie hanc impares se esse: hi namq; furore & inuidia acti, & aduersus Danielē Prophetam conspirantes, in leonum indomitorū lacum ipsum deiciunt: verum causam illius defendendam suscipiens Deus, prodigiose illum ab belluarum nonnisi omnem feritatem & sanguinis effusionem spirantium immanitate vindicauit, ut adeo nullum detrimentum ab iis Propheta sit passus, ut etiam ab illis benignè sit habitus.

Simile in Dionysio nostro prodigium operatus est omnipotens: nam eidem belluarū feritati obiectus, ut ab iisdem dilaniaretur, Deo illum solpitante ac protegente, ecce ut crucis efformauit signaculum, omnes illico feræ, naturali ferocia posita, manuescunt, & adeo nō illi nocuerunt, aut frustatum dilaniarunt (ut si falsa persuaserat barbari) ut ouicularum ritu ad eius pedes se deicerint, caudq; blande illi sint abbladiti. In quo illustrè

sane miraculum patuit: idq; à duabus profectum causis. Prima erat diuina virtus & Altissimi omnipotentia, quæ hac in re operabatur, & creaturis suis ut suprema maiestas imperabat: altera viri sanctitas, quæ eum ad prius innocentia statum aliquatenus reducet, quo hoc homo erat privilegio donatus, ut bestiis & animalibus omnibus plena cum potestate dominaretur.

Cum hæc paganis nondum tormenta suf-
ficerent, alia de novo excoxitant, & cœlitus in ardente
virum sanctissimum propaguari, omnibusq; fornacem
superiorem supplicis manere indignati, in
fornacem igne oppletam ipsum conicidunt:
sed nouo miraculo rursus incolumis & inter-
ger emersit, & adolescentium Hebreorum ad
fornacē Babyloniam adiudicatorum in more
mediis ex ignibus, Salamādrē ad instar solpes
nullaq; in parte vstulatus vel ambustus en-
tauit. Adeo vt Deo ob singulare hoc benefi-
cium gratias agens dicere potuerit; *Igne me Psal. 6.*
*examinaisti, ut ad lapidem aurum, & non est in-
uenta in me iniurias, innocens & peccati ex-
pers iudicatus sum.*

Deniq; cum impiorum cōtinuo cresceret
immanitas, & iam pestilenti infidelium con-
filio decretum esset, virum sanctum de me-
dio tollere, & in exitium eius omnia modis
passim cōspiraretur, capitis sententia tandem
in eum est lata. Nec vero mors hæc nouis S. Dionysius capite
etiam miraculis caruit: fide dignorum nam-
que scriptorum testimonio cōstat illum iam truncatus
capite imminutum, recisum caput sustulisse,
& ad aliquot passuum millia, omnium cum
stupore manibus gestasse. Quis simile vñquā Caput suū
miraculum audiuit? quis vtquam legit, ali-
truncatum, quem iam capite truncatum, illud tulisse? gestat:
sententiae huius testes habeo omni exceptio-
ne maiores, Hilduinum in primis ex Lesbio, c. 2.
Metaphrasten deinde in vita S. Dionysii, & 1. part. histori-
cæ Niciphorum historicum. tit. 6. cap. 8. t. 2.

Velut nouum in hac morte patratum mi-
raculum adferam, quod in S. Antonino & Pa-
Tom. 1. deli-
melio legere memini, quibus & aliis nonnulli turgia, page-
scriptores assentiunt; scil. eo ipso die, quo glo-
riosis Dionysius mortem oppetiit, S. Regu. S. Reguluss
lum Arelatensem Episcopum, dum sacra Missa S. Dionysium
celebrat solemnia, & S. Dionysium eiusque ut sanctum
socios.

eo ipso die socios inter sanctos, quorum sacer Canon
quo necat, praefert nomina, referret, vidisse nomina il-
lorum illustribus characteribus columbis,
quæ interim dum sacrum durat officium, per
aram circumsecus volitabant inscripta.

volut, ut pote qui glotiosam Virginem Deiparam, S. Petrum, S. Paulum, Iacobum, aliosque Messias discipulos viderat, ut nimur quae viderat mysteria & didicerat, posteritati referret, & quae cunque olim inaudisset, Ecclesiae reuelaret.

Discipuli A. postolorū fuerū long-
æui. Mortem porro occubuit a nū agens no-
nagefimū : nec vero mirum hēc cuiquam æ-
tas videri debet: diuina quippe prouidētia cō-
tigit, multos Apostolorū discipulos longā-
uos fuisse, quo posteris velut viua iustitio-
num Apostolicarum monumenta ac docu-
mentiloco forent. Exemplo sit B. Martyr I-
gnatius, qui viuum in terra Redemptorē vi-
derat; acto deinde annis superuixit, ut ad vī-
que Imp. Traiani sépora prigerit. Quadratus
quoq; , qui Publio, S. Dionysii in Episcopatu
Atheniensi sub eiusdē Imp. imperio, succes-
sori successit, multos vidisse se ait illorū, quos
variis à languoribus suis olim in Iudea Re-
demptor ipse manibus curarat, quin & alios
permultos, quos idē mundi Seruator à mor-
te ad vitam alias reuocarat. Cuius rei testimoniū
habeo S. Hieronymum libro de scriptoribus
Ecclesiasticis, in Quadrato.

Nemo poterit egregiam hanc etatem & su-
necatam venerabilem in dubium aut contro-
versiam vocat; sed disceptari video, in quo posse morte
martyrum eius tempus inciderit, qua in te-
ria ex quo discrepantes suarum auctorum senten-
tia. Sunt qui sub Domitiano mortuum tradidit,
alii vel sub Traiano, vel sub Adriano, qui de-
cimo ac certissimo partem salutis anno Imperii
habens ea perfluit, occupuisse volunt. Qui in
Domitio si persecutione sublatum scribunt,
certissimum est sibi ipsis aduersari; atque he-
ius sententiae sunt apud Graecos quidem Me-
tagraphastes in vita sancti Dionysii histo-
ria; apud Latinos vero Hilduinus in Areo-
pagitico, Hincmarus Episcopus Rhemensis
apud Surium tomo quinto. Haec porro sunt
rationes, ob quas tam aperte veritati refras-
gari, quam in historica ferigere compre-
henduntur.

Quid de Herma dicam, vetere illo S. Pauli discipulo, qui esse traditur auctor ac parés libri, qui *Pastor* inscribitur, cuius eodem loco meruit D. Hieron. quiq; sub Pii Pontificis Rom tempora editus proditur, is vicem ea- tenus perduxit, ut ad vñque Antonini Pii Imperatoris, qui Adriano in Imperio gubernatione successit, ætatem peruererit. Nee vero silentio inaudiendus est Simeon, antiquus ille Hierosolymorum Antistes, quia d cente- simum ac vicesimū ætatis annum vitam tra- xit, vt in Annales suos sacros retulit Cardi- nalis Baron. Nec tacite mihi prætereundus S. Polycarpus S. Ioannis discipulus, Smyrnē- sis Episcopus, quem adeo grandevum scri- bunt suis, ut quemadmodum ex historia Ecclesiastica eruitur, sub Imp. Marco Anto- nino Pio martyrio vitam consummasse pro- datur. Tam longeque vero viros illos sanctos Deus esse voluit, ut fidi futuri longisque ab initio distantibus scilicet, restes forent co- rum, quærum è viuente Christo, tum ex illius Apostolorum ore olim inaudissent & coram vidissent. Atq; hanc forte ob causam Dionysium etiam nostrū nonagenarium esse

Prima sit, Si epistola D. Dionysii ad Ioan- Rationes,
nem Euangelistam exulem in Pathmon in- quibus effi-
sulam relegatum legitima ac genuina est, vii citur S. Di-
onysii & fatentur & indubitate credunt, certissi- onysii sub
mum est ipso errare. Cum enim in ea Dio- Domitiano
nysius asserat, esse sibi cœlitus reuelatum, lo- mortuum
annem propediem ab exilio reuocandum, ac non esse.
tum mutuo alterum alterius conspectu per-
fruietos; plane mentiretur, aut saltem falso
prophetasse & falsa predixisse comperiretur,
si sub Domitiano expirasset. Certo namque
certius est, Ioannem nonnisi Domitiano sub-
lato, idque sub initia Nerae Imperatoris, in
libertatem assertum fuisse, atque haec ratio
prægnantissima est.

Secunda, Sanctus noster Dionysius epistola cuiusdam meminit à S. Ignatio ad Romanos scripta, quam eodem quo martyrium ipse subiit anno, missam exploratissimum est; nemini porro dubium est, quin sub Traiano sis passus sit, qui fieri ergo potest, sub Domitioni Imperio S. Dionysium martyrio extinctum, cum ei superuixerit, & Nereu etiam tempora superarit, & scriptorum meminacrit illius, qui

Traiani ætate & persecutione sublatus est : Quæ cum ita sint, fateamur necesse est, aut Historias errare, aut S. Dionysium ultra Dominicani, Neruæ ac Traiani tempora viventē, multos etiam Adriani, qui illis successor fuit, annos attigisse.

Terria, Qui fieri queat, regnante Domitiano B. Dionysium mortem occubuisse, si quæ Hincmarus scriptis mandauit, vera sunt, scilicet hād multo post Clementis Romani Pontificis martyrium, suum & Dionysium pertulisse, cum, teste in annalibus Baronio, sanctus hic Pontifex tertio Traiani Imp. anno vitam martyrio finierit. Cæterum inter Traianum ac Domitianum non dies aliquot sed annos non paucos intercurrisse historiam Augustam legenti evidens fiet. Haec ergo votūscum ipsi dispicite, auditores, num hæc opinio fidem apud cordatos inuentura sit.

Dionysius
temporibus
admodum
diffusus.
Vero filius ergo ac vicinus est multo, ut
probatis ac fidis historiarum monumentis
erit, gloriosum hunc & inclyrum Martyrem
vitam ac dies suos Adriano imperante
finisse. Sic præsa docent martyrologia Bedæ
& Adonis, & permulta vetera monumenta &
inscriptions idipsum testantur ; quin ipse
Baronius, qui omnem post antiquitatem ex-
cussit, & questionem hanc quam doctissime
tractauit, opinioni huic accedit.

Quamobrem plura hac de re non afferam,
sed cauens receptui hic finiam, vos duntaxat
exhortatur, nunquā vt magni huius Arcopagitæ
cōuersionis mirabilia, virtæ merita, &
martyrii illius decus & gloriam animo men-
teq; exuatis : sed perpetue Parisienses, primi
Episcopi vestri, Antistitutum vestrorum cory-
phæ, Pastorum vestrorum floris, & Pontifi-
cum vestrorum ornamēti ac miraculi recor-
demini. Simil & recordādo sancti huius viri
memoriam cum honore recolite, qui Eccle-
siam vestram tam prudenter gubernavit, tam
docte Euangelizando edocuit, tam sublimiter
mysteria sacra promulganit, & tanta chari-
tate ac zelo maiorum vestrorum salutem
procurauit.

Memineritis obsecro, generosi Galli, & mag-
num hunc Apostolum vestrū celebrate, &
xternis afflictie præconis, qui patria & con-
sanguineis relicti, Gracia egressus, & Epis-

Bessai tom. 3. de Sanctis.

scopatu suo Atheniensis cedens, & omnibus
abdicatis, ad vos concessit, vos reliquis ante-
posuit, & vestros fines ingressus, primus læ-
tum Euangelii nuntiū ad vos attulit. Recor-
demini, tursus dico recordemini, & animo
linguæ; perpetuo celebitate Doctorem hunc
admirabilē, qui vestris in cathedrali fidei my-
steriorities proposuit, in templis vestris tam
sancte Sacra mentis ac diuina administravit,
in animarum salutem tanto zelo & coen-
tione incubuit, infidelium hoc in regno su-
perstitutiones tam generose & pugnlice oppu-
gnauit, idola vestris in oppidis tanta animi
constantia pellitum dedit, denique in regni
meditullo tam interrite intrepideq; pro reli-
gione Christiana martyrium subiit. Reminis-
camini denique omnes in genere fideles, il-
lustris huius Arcopagitæ, docti huius Philo-
sophi, sublimis huius Theologi, magni illius
idolo mastigis, incomparabilis mysteriorum
interpretus, infra fidei columnæ, animosi
religionis promotoris, irreconciliabilis in-
fidelium inimici, regiae veritatis tubæ, diuini
rerum cœlestium præconis & amanuensis,
luminis denique huius in Ecclesia vniuersa,
tum doctrina, tum virtute nimium quantum
coruscantis.

Nolite, nolite vñquam obliuisci illorum,
qua docuit, fecit & tulit pro vobis. Quin &
iherum illius molestiæ, studiorum labores,
vigiliarum inquietudines, predicationum su-
dotes, vita austeras, precum diuturnitas,
honoris diuini zelus, fidei amplificandæ de-
siderium, & astuantissimus animarum, quo
ardebat, zelus, cordis vestri tabas, & arcis
memoria vestrae laminis æternum, omnium
in oculis, insculpta maneat.


Et quis obsecro tui martyr glorioissime
obliviscatur : quis adeo futurus ingratus, qui
te à se eliminet, iraq; negligat ? Nimiris enim
multis magnisque vrbem hanc Parisensem
non inibis tibi deuinixisti, nimia tua in illam
sunt merita, nimis multa in Gallia nostra per-
pessus es, nimis orbis vniuerso illuxisti, ni-
mis denique graues pro Christiana religione
labores subiisti, omnem vt tui tam cito me-
moriam fideles exuant. Vita namque tua,
mors, illustre martyrium, gesta, scripta, vir-
tutes, merita, laudes denique tuae, quamdiu

LIII

mundi

mundi hæc machina stabit, stabunt, & in perpetua hominum viuent' memoria, obliuionis omnis expertia. Nunquam non Ecclesia te Catholica, velut martyrum suorum illustrinum vnum exaltabit, Lutetia seu Episcoporiū suorum sanctissimum extolleat, Gallia deniq; vniuersa nomen tuum semper de prædicabit, ut Religionis suæ fundatoris, fidei suæ doctoris, verbo ut dicam, ut Apostoli sui celeberrimi. Eia ergo, gloriose Martyr, fidei fidei nostra testis, magna veritatis Doctor, quantum te ipsi laudamus & obsecramus in hac vita mortali, pro nobis tantum ipse vicissim in cœlesti regione apud communem Dominum intercede. Tuo quoque favore, auxilio ac gratia fiat, ut quam ipse prædicasti, & sanguinis effusi sigillo obsignasti fidem, hoc in regno integra ac sincera conseruetur, Euangeli puritas inibi semper impermixta erroribus permaneat, antiquæ ac præstinentiae pietatis ignis nunquā extinguatur, sed semper magis ac magis inardescat, eadem religionis hic sit, quæ regni ac status politici perpetuitas, ipse Redemptor Iesus assidue hic adoreretur, Ecclesia eius floreat, fides ac deuotio nunquam intermoratur, virtutes suum hic figant domicilium ac sedem, heres o mnes & erronea dogmata proscribantur, & regni pax, & illius cum religione coniunctio & eum vtraq; cœlestis benedictio perpe tuo perseveret. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Amen.



Partitio.

1. *De missis animarum curionibus in etate gratiae.*
2. *De modo Apostolice missionis.*
3. *Cur sine pera & calceus?*
4. *De S. Luca variis scientiis.*
5. *De eiusdem bone symbolico.*

Designauit Dominus & alios septuaginta auos. Luc. 10.

FIGVRA.

EZCHIEL & Apocalypsis quatuor nobis *Ezchiel.* animalia describunt, mystica, prodigia & mirabilibus plena, quorum vnum vitulo erat simillimum. Patrum omnium expositione sequendo, quatuor hisce animalibus quatuor Euangelistas, & vitulo Lucæ de notari astro, cuius hodie celebritatem colimus, cuiusque vitam, gesta, merita, virtutes ac mirabilia describere vobis conabor, felicem porto ut ex tum propositū meum consequatur, tum quo vobis satisfiat, tum quo suus gloriose huic Euangelistæ honos habeatur, ad Sp̄itum S. nos conuertamus, suo nobis ut adiut auxilio, gloriaeque Virginis intercessionem solitam inuocemus, atq; ideo communī voto in genua prouoluti, recitemus :

AVE MARIA.

Quicunque vniuersam sacrae scripturæ seriem & ordinem vtroq; in Testamento cō-^{I.} Triplex prehēsam curiosus indagarunt, animadver- mundi sta- terunt, ex omnibus illius historiis & enarrarū in scri- tionibus tres mundi status præcipuos & at- ptura nota- tes notari posse. Primum ab Adamo ad vñq; ius. Moylen, quem Paulus ad Romanos signa- *Tom. 5.* uit, *Regnauit mors ab Adam usque ad Moylen.* Secundum à Moyse ad Christum, tertium à Iesu Christo ad vñque finem saeculi: atq; tripli hoc in statu semper Ecclesiæ suæ Deus viros tum autoritate, tum sanctitate præ- stantes